

JESU Virtute Valebo!

Scrutinium

# ARCANORUM JEHOVÆ

Quæ revelavit Moses

Deuteronomio. XXIX. v. 29.

Lacet publicæ Disputationi & Examini, ex Decreto Venerande Facultatis Theologice, subjecere illud Mosaicum Deut. XXIX. v. 29. de Arcanis Iehovæ, quod ab Interpretibus diversimode explicatur, & scrutari, quænam illa sint Arcana; num decreta DEI de salute hominum, aut alia eius judicia hominibus non revelata, & an distinctione Calviniane, quâ abscondita & revelata DEI voluntas fibi opponuntur, præsidium in eo loco constitutum sit. Ne autem curiosè & illicitè inquiramus in abscondita, nec ingrati fastidiamus aut negligamus aperta, juxta auream illam Ambrosii lib. I. de vocat. genit. cap. 7. regulam: Quæ Deus occulta esse voluit, non sunt scrutanda: que autem manifesta fecit, non sunt negligenda: ne in illis illicitè curiosi, & in his damnabiliter inveniamur ingrati; ADSIT SPIRITUS SANCTI GRATIA!

## MEMBRUM I.

Exhibens Textum Authenticum cum Versionibus variis.

I.  
**T**extus sacer in Codice Hebreo, præter vocales & accentus, extraordinariis quibusdam punctis notatus, appetet hoc modo: לְיְהוָה נִסְתַּרְתָּ הַנִּסְתַּרְתָּ וְהַגְּלָתָה לְךָ וְלְבָנֶיךָ עַד־עוֹלָם לְעֵשָׂו אֶת־

אֱלֹהִים וְהַגְּלָתָה לְךָ וְלְבָנֶיךָ עַד־עוֹלָם לְעֵשָׂו אֶת־  
כָּל־דְּבָרָיו הַתּוֹרָת הַזֹּאת: Puncta hæc extraordinaria, quæ vocibus incumbunt, & symbolica dici solent, in omnibus quidem editionibus apparent, sed mutum variant numerò, dum aliæ quatuor, aliæ sex, decem, undecim habent.

II. Chaldea, Graeca, & quædam Latina Versiones, ut in primis Aramaea, ordinem verborum Hebræorum pressius sequuntur, nec

Δ 2

qaz